Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Que ebrietatē prohibēt / aut fac-
tam curant / Cap̄ vltimū

a Amigdale quinquaginta, ante vinū
bibāt / verū de amigdalis amaris /
nō sinūt (dixit princeps) inebriari
Idem ait de citoniis elixis, et in scda mēsa
sup̄ vino comestis / Recte de vtroq; putauit /
nā amigdale amare, fortiter vrinā provocāt /
et opilaciones aperiūt / celiter ne vinū
sursū fumat, stomacho abducūt / Cytonia
vero, quia stipticando, os stomachi claudūt /
ea occasione vapores vinosos continēt et deducūt
Haliyabas vero quinto theorice, Cui accidit
ebrietas / Inquit, ante potū carnubia vtatur
Et tercia primi, dixit avicenna / Aquā et acetū
mixta, multis vicibus ebrio ad bibendū dari /
forte, quia acetū aquā ducit / et vtraq; mixta
sitim et fumos prohibēt caput ascendere Rasis
vero quinto almansoris / Inquit / Aquā misceri lacti
multū acetoso / aut cū sero acetoso, et postea
tribui in potu Odor vero camphore et sandalorum
Et comestio rob de ribes / Coriandrorum / Caulis
brassice / Mirti et fructuū eius / lactucarū
pariter comestio / Atq; succi absinthei cū melle
exhibicio / Betoniceq; / eadē sunt ex summa /
medicinarum / aut ebrietatē fieri prohibēciū / aut
factā curāciū / In hoc finē esse, tractatui quarto

Finis quarti tractatus